Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26154
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legi mentis mee. Et captiuum me ducentem in lege peccati
que est in membris meis. Ad dima quippe trahit caro ne extol
lat spes. Et ad sublima trahit spes ne prosternat caro. Et spes leuat
ne iaceam in infimis. caro ad grauat ne extollamur ex
timis. Si non subleuante spiritu nos caro tentaret profectione
procul dubio tentationis sue in anima deiceret. Rursum si
non tentante carne ad sublima nos spes subleuare. in superbie
casu ipsa nos per subleuationem prosterneret. Sed fit certo
moderamine ut diuinitus quisque sed iam quidem interiori ad summa ra
pitur. sed adhuc tentatur exteriori ne desperationis lapsum nec
elationis incurrat. quo nec tentatio exterior culpam pro
ficit. quia interior interior intentio sursum trahit. nec rur
sum intentio interior in superbiam eleuat. quia tentatio exterior
humiliat diuinitus ad grauat. Sicque magno ordine cognoscimus
in interiori proiectum quid accipimus. in exteriori defectum quid sumus.
Et mirum in modum agitur ut nec de iustitia quisque extolli debeat. nec
de tentatione desperet. quia diuinitus trahit et caro retra
hit. supremissimo iudicii interni moderamine. infra sum
ma et supra infima. in qua media anima libratur. Bene
quidem dicitur. Et trahens appendit mensura. SEXTUS.
Quando ponebat pluuiis legem et iura procellis sonantibus.
tempus uidit illa et enarrauit. et perparauit. et inuestigauit.
Solent per pluuias predicantium dicta signari. Unde per moy
sen dicitur. Expectetur sicut pluuia eloquium meum. Quique ui
delicet uiua dulcedine persuadent pluuie. scilicet uiuum terri
bilia de uenturo iudicio intonant sonantes procelle.
Et notandum quid pluuiis lex ponitur. ut uia procellis sonan
tibus aperiatur. Lex quippe et ipsis predicatoribus posita. ut
uiuendo impleant quid loquendo suadere festinant.
Nam loquendi auctoritas predicatur. quando uox operum adiuuatur.